

64* Defectus in celebratione Missarum.


liter ablui, et ablutio in sacrarium projici. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, bene abluatur, ut supra.

13. At si contingat totum Sanguinem post consecrationem effundi, si quidem aliquid vel parum remansit, illud sumatur, et de effuso reliquo Sanguine fiat ut dictum est. Si vero nihil omnino remansit, ponat iterum vinum et aquam, et consecret ab eo loco: *Simili modo postquam canatum est etc.*, facta prius tamen Calicis oblatione ut supra.

14. Si Sacerdos evomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reverenter sumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ caute separentur, et in aliquo loco sacro reponantur, donec corrumpantur, et postea in sacrarium projiciantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus, et cineres in sacrarium mittantur.

15. Si Hostia consecrata, vel aliqua ejus particula dilabatur in terram, reverenter accipiat, et locus ubi cecidit, mundetur, et aliquantulum abradatur, et pulvis seu abrasio hujusmodi in sacrarium immittatur. Si ceciderit extra Corporale in mappam, seu alio quovis modo in aliquo linteum, mappa vel linteum hujusmodi diligenter lavetur, et lotio ipsa in sacrarium effundatur.

16. Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si Sacerdos ignoret ritus et caeremonias ipsas in eo servandas: de quibus omnibus in superioribus Rubricis copiose dictum est.



Præparatio ad Missam PRO
OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Ant. Ne reminiscaris
Dómine delicta nostra,
vel paréntum nostrórum:
neque vindictam sumas
de peccátis nostris.

Que Antiphona in Festis
duplicibus tantum duplicatur,
et tempore Paschali
additur in fine *Alleluia*.
Deinde dicuntur sequentes
Psalmi

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernácula tua,
Dómine virtutum!
concupiscit, et déficit ánima
mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro
mea exsultaverunt in
Deum vivum.

Etenim passer invénit
sibi domum: et turtur
nidum sibi, ubi ponat
pullos suos.

Altária tua, Dómine
virtutum, Rex meus, et
Deus meus.

Beati, qui hábitant in
domo tua, Dómine: in
sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est
auxilium abs te: ascen-
siones in corde suo dis-
pósuit, in valle lacry-
márum in loco quem
pósuit.

Etenim benedictiónem
dabit legislátor,
ibunt de virtúte in vir-
tútem: videbitur Deus
deórum in Sion.

Dómine Deus virtutum,
exáudi oratiómem
meam: áuribus pécipe
Deus Jacob.

Protéctor noster ad-
spice, Deus: et respice
in faciém Christi tui:

Quia méjor est dies una
in átriis tuis super millia.

Elégi abjéctus esse in
domo Dei mei: magis
quam habitáre in taber-
náculos peccatórum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus: gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulat in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri.

Psalmus 84.

Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos, Deus salutaris noster: et averte iram tuam a nobis.

Numquid in ætænum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare

ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, et veritas obviaverunt sibi: justitia, et pax osculæte sunt.

Veritas de terra orta est: et justitia de celo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri.

Psalmus 85.

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops, et pauper sum ego.

Custodivi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis: et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam: et intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis, Domine: et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine: et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in ætænum:

Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferi.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quasi erunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine Deus, miserator et misericors, patiens, et multæ misericordiæ, et verax.

Rèspice in me, et miserere mei, da imperium tuum puero tuo: et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu,

Domine, adjuvisti me, et consolatus es me.

Gloria Patri.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atrii domus Domini in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri.

Psalmus 120.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.

iv. Praeparatio ad Missam.

Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te, Dñe.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus ejus.—Gloria Patri.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris, Domine delicta nostra, vel paratum nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Postea Sacerdos dicit:

Kyrie, eléison, Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. V. Et ne nos indicas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. V. Ego dixi, Domine, miserere mei. R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V. Convertere, Domine aliquantulum. R. Et deprecare super servos tuos. V. Fiat misericordia tua, Domine, super nos. R. Quemadmodum speravimus in te. V. Sacerdotes tui induantur justitiam. R. Et

sanciti tui exsultent. V. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce servo tuo. V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Aures tuas pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illuminata cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna caritate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Re igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: et indicat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti:

v. Orationes ante Missam. v.

quæ et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansiōnem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorū. Amen.

Orationes pro opportunitate Sacerdotis ante Celebrationem, et Communionem dicendæ.

Oratio sancti Ambrosii Episcopi.

DIE DOMINICA.

Summe Sacerdos, et vere Pontifex Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris et peccatoribus, et qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti tui, dicens: Hæc quotiescūque feceritis, in mei memoriam faciētis: rogo per eundem sanguinem tuum, magnum salūtis nostræ pretium, rogo per hanc miram et ineffabilem caritatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es,

ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tuæ: doce me, quæso, per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus oportet et deet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet, et expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum

loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solennia mundo corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia, ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discendant. Per virtutem tanti mysterii, et per manum sancti Angeli tui repelle a me, et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiam, et caenodoxiam, invidia, et blasphemiam, fornicationis, et immunditiam, dubitatis et diffidentiam. Confundantur qui nos persequuntur: pereant illi qui nos perdere festinant.

FERIA SECUNDA.
Rex virginum, et amator castitatis et integritatis, caelesti rore benedictionis tuae exstingue in corpore meo fomite ardentis libidinis: ut maneant in me tenor castitatis corporis et animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos omnisque libidinosas commotiones, et da mihi veram, et perpetuam

castitatem, cum ceteris donis tuis, quae tibi placent in veritate: ut sacrificium laudis casto corpore, et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate, et animae puritate istud divinum, et caeleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima summis, terrae divinis junguntur, ubi adest sanctorum Angelorum praesentia, ubi tu es sacrificium, et Sacerdos mirabiliter, et ineffabiliter constitutus.

FERIA TERTIA.
Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, Domine, et vere scio, et id ipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium, propter nimia peccata mea, et infinitas negligentias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatori-

bus justos, et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc Sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate, et lacrymarum fonte, cum laetitia spiritali et caelesti gaudio. Sentiat mens mea ducendum beatissimae praesentiae tuae et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

FERIA QUARTA.
Ego enim, Domine, memor venerandae Passionis tuae accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerri praecipisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud, quasso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, et pro populo, quem acquisisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquid boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis credita non recuses: nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro qui vicitima salutaris dignatus es esse, et redem-

ptio. Profero etiam, Domine, (si digneris propitius intueri,) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseria orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debiliun, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

FERIA QUINTA.
Tu enim miseris omnium, Domine: et nihil odisti eorum quae fecisti. Memorare, quae sit nostra substantia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras: et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra; et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te persequatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, adspicere digneris: et ut

nullius sit irritum votum, nullius vácuá postulatío, tu nobis preces stóggere, quas ipse propitius audire, et exaudire delectéris.

FERIA SEXTA.
Rogamus étiam te, Dómine sancte Pater, et prospíritibus fidélium defunctorúm : ut sit illis salus, sánitas, gáudium, et refrigerium, hoc magnum pietátis sacraméntum. Dómine Deus meus, sit illis hódie magnum, et plenum convivium de te pane vivo, qui de cælo descendisti, et das vitam mundo, de tua carne sancta, et benedícta, Agni vidélicet immaculáti, qui tollis peccáta mundi, quæ de sancto, et glorióso beátæ Virginis Mariæ útero est assumpta, et de Spirítu sancto concépta : ac de illo pietátis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratíssimo látere emanávit, ut exinde refécit, et satiáti, refrigeráti, et consoláti, exsúlent in laude, et glória tua. Peto cleméntiam tuam, Dómine, ut descéndat super panem tibi sacrificándum plenitúdo tuæ benedictiónis, et sanctificatióis tuæ divinitátis. Descéndat étiam, Dómine, illa sancti Spiritus tui invisibi-

lis, incomprehensibilisque majéstas, sicut quondam in Patrum hóstias descendébat, qui et oblatiónes nostras Corpus, et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem dóceat tantum tractáre mystérium cum cordis puritáte, et lacrymárum devotióne, cum reveréntia, et tremóre, ita ut plácide, ac benigne suscipiam sacrificium de má nibus meis ad salutem omnium, tam vivórum, quam defunctorúm.

SABBATO.

Rogo étiam te, Dñe, per ipsum sacrosáctum mystérium Corporis, et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclésia tua páscimur, et potámur, abluimur, et sanctificámur, atque unius summæ divinitátis participes effimur : da mihi virtútes tuas sanctas, quibus replétus, bona conscientia ad Altáre tuum accédam, ita ut hæc cæléstia sacraménta efficiántur mihi salus, et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, et benedícto : Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus qui de cælo descéndo. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum.

Panis dulcissime, sana palátum cordis mei, ut sentiam suavitatém amoris tui. Sana illud ab omni languóre, ut nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omnem delectáméntum, et omnem sapórem, qui nos semper reficis, et nunquam in te deficis : cómedat te cor meum, et dulcedine sapóris tui repleántur viscera animæ meæ. Mandúcat te Angelus ore pleno; mandúcet te peregrinus homo pro móduo suo, ne deficere possit in via, tali recreátus viático. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de cælo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinaménto carnis, et spiritus. Intra in ánimam meam, sana, et munda me intérius, et extérius. Esto tutámén, et continua salus animæ, et córporis mei. Repelle a me insidiántes mihi hostes : recédant procul a præséntia poténtiæ tuæ, ut foris, et intus per te munitus, recto trámite ad tuum regnum pervéniam : ubi non in mystériis, sicut in hoc témpore ágitur, sed facie ad faciém te videbimus, cum tradide-

ris regnum Deo, et Patri, et eris Deus ómnia in ómnibus. Tunc enim me de te satiábis satietáte mirifica, ita ut nec esúriam, nec sitiám in ætérnum. Qui cum eódem Deo Patre, et Spirítu sancto vivis, et regnas per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

**ALIA ORATIO
ante Missam.**

Had mensam dulcissimi convivii tui, pie Dómine Jesu Christe, ego peccátor, de propriis méritis nihil præsúmens, sed de tua confidens misericórdia et bonitáte, accédere véreor et contremisco. Nam cor et corpus hábeo multis criminibus maculátum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Déitas, o treménda majéstas, ego miser inter angustias depréhensus, ad te fontem misericórdiæ recurro, ad te festino sanándus, sub tua protectiõem fúgio : et quem iudicem sustinére néqueo, salvatorem habére suspiro. Tibi, Dómine, plagas meas ostendit tibi verenciam, quam de teo. Scio peccáta mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericórdias tuas, qua-

rum non est númerus. Réspice ergo in me óculis misericórdiæ tuæ, Dómine Jesu Christe, Rex ætérne, Deus et homo, crucifixus propter hóminem. Exáudi me sperántem in te : miserére mei pleni sérís et peccátis, tu qui fontem miseratiónis nunquam manáre cessábis. Salve salutáris Víctima, pro me et omni humáno genere in patibulo crucis obláta. Salve nóbilis et pretiósæ Sanguis, de vulneribus crucifixi Dómini mei Jesu Christi prófluens, et peccáta totius mundi ábluens. Recordáre, Dómine, creatúræ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me peccássæ, cípio emendáre quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitátes et peccáta mea : ut purificáta mente et corpore, digne degustáre mérear sancta sanctorum ; et concéde, ut sancta prælibáto Cörperis et Sanguinis tui, quam ego indignus súmerè intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfectá purgátió, sit túrpium cogitátiónum eflugátió, ac bonorum sensuum regenerátió, operúmque tibi

placéntium salúbris effi cácia, ánimæ quoque et cörperis contra inimicórum meórum insidias firmíssima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Omnipotens, sempitér ne Deus, ecce accédo ad sacraméntum unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi : accédo tamquam infirmus ad médicum vitæ, immúndus ad fontem misericórdiæ, cæcus ad lumen claritátis ætérnæ, pauper et egénus ad Dóminum cæli et terræ. Rogo ergo imménsæ largitátis tuæ abundántiam, quátenus meam curáre dignéris infirmitátem, laváre fœditátem, illumináre cæcitaté, ditáre paupertátem, vestire nuditátem; ut pater Angelórum, Regem regum, et Dóminum dominántium, tanta suscipiam reveréntia et humilitáte, tanta contritióne et devotióne, tanta puritáte et fide, tali propósito et intentiõe, sic ut expedit salutí ánimæ meæ. Da mihi, quæso, Domici Cörperis et Sanguinis non solum suscipere sacraméntum, sed etiam rem et virtútem sacraménti. O mitíssime Deus, da mihi Corpus unigéniti Filii

tui Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria sic suscipere, ut cörperi suo mystico mérear incorporári, et inter ejus membra connumerári. O amatíssime Pater, concéde mihi diléctum Filium tuum, quem nunc velátum in via suscipere propóno, reveláta tandem fácie perpétuo contemplári. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Deus, qui de indignis dignos facis, et de peccatóribus justos, et de immúndis mundos, munda cor et corpus meum ab omni contagiõe et sorde peccáti, et fac me dignum atque strénuum sanctis altáribus tuis ministrum : concéde propítius, ut in hoc altári, ad quod indignus accédo, hóstias acceptábiles atque placábiles offeram pietáti tuæ pro peccátis et offénsiõibus, innumerisque et quotidíanis excéssibus meis, atque cunctórum simul Christianórum culpis abluendis, et per eum sit tibi votum meum acceptáble, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit.

Ad S. V. Mariam.

Indulg. centum dierum. Leo XIII. Decret. 17 Febr. 1883.

Omnia pietátis et misericórdiæ, beatíssima Virgo Maria, ego miser et indignus peccátor ad te confugio toto corde, et affectú; et precor pietátem tuam, ut sicut dulcíssimo Filio tuo, in cruce pendénti, adstítisti, ita et mihi misero peccatóri, et sacerdotibus ómnibus hic et in tota sancta Ecclesiá hódie offeréntibus, cleménter adsistere dignéris, ut tua grátia adjúti, dignam et acceptábilem hóstiam in conspéctu summæ et individuæ Trinitátis offerre valeámus. Amen.

Ad S. Josephum.

Indulg. centum dierum. (Pius IX.) Antiphona.

O felicem virum beatum Joseph, cui datum est, Deum, quem multi reges voluerunt videre, et non viderunt, audire, et non audierunt, non solum videre et audire, sed portáre, deoculári, vestire et custodire.

V. Ora pro nobis beate Joseph. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus tuis.

Oremus. Deus, qui dedisti nobis regále sacerdotium, præsta quæsumus.

mus, ut sicut beatus Joseph unigenitum Filium tuum natum ex Maria Virgine, suis manibus reverenter tractare meruit et portare, ita nos facias cum cordis munditia et operis innocentia tuis sanctis altariibus deservire; ut sacrosantum Filii tui corpus et sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro sæculo præmium habere mereamur ætèrnum. Per Christum Dòminum nostrum. *K. Amen.*

Ad Sanctum diei.

O Sancte N. (vel Sancta) ecce ego miser peccator de tuis mèritis confisus, offerre nunc intèndo sacratissimum sacramentum Corporis et Sanguinis Dòmini nostri Jesu Christi pro tuo honore et glòria: precor te humiliter et devòte, ut pro me hodie intercedere dignèris, ut tantum sacrificium digne et acceptabiliter offerre valeam, et eum tecum, et cum omnibus electis ejus æternaliter laudare, atque cum eo semper regnare valeam: Qui vivit et regnat.

De venerabili Eucharistiæ Sacramenta.

Sacerdos non legitime impeditus celebrare omittens, tunc quantum in eo est,

privat sanctam Trinitatem laude et gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, justos subsidio et gratia, in Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, et seipsam medicina et remedio etc. *S. Bonav. de Prep. ad Mess.*

S. P. Gregorius viii.

Concessit indulgentiam 50 dierum Sacerdoti cui libet recitanti, antequam celebret, Orationem sequentem.

Ego volo celebrare Missam, et conficere corpus et sanguinè Dòmini nostri Jesu Christi juxta ritum sanctæ Romænæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei, totiisque cùriæ triumphantis, ad utilitatem meam, totiisque cùriæ militantis, pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, ac pro felici statu sanctæ Romænæ Ecclesiæ. Am.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatum veræ poenitentia, gratiam et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens et misericors Dñus. Amen.

O Via Sacerdos cum tacita mentis cogitatione, aut submissa vocis expressione debet recitare singillatim nomina, pro quibus in illa celebr. vult singulariter orare (ut insinuat per illas lit-

teras N. N. in Canone contentas), et ne hujusmodi determinatarum personarum nominatio ob multitudinem aut incertum ordinem ingerat Sacerdoti celebranti confusionem, non inutile erit sequentem ordinem servare.

Memènto, Dòmine, si tibi placet, Vivorum.

Mei, parèntum, cognatorum, fratrum, sororum et amicorum meorum omnium.

2. Cœtus cardinalium ac omnium superiorum Ordinis atque sacerdotum, et sanctæ Ecclesiæ ministrorum.

3. Omnium meæ curæ subjectorum tamquam spiritualium filiorum, et omnium fundatorum, patronorum, et benefactorum spiritualium et temporalium.

4. Omnium principum christianorum, dominationum et rerum publicarum temporalium.

5. Omnium peccantium, inimicorumque meorum, atque conversionis omnium hereticorum et infidelium.

6. Et omnium, pro quibus scis et vis me debere orare.

Mortuorum.

Animarum parèntum, fratrum, sororum, cognatorum, atque amicorum omnium.

2. Animarum omnium benefactorum tam spiritualium quam corporaliū.

3. Animarum omnium mihi in genere et in specie commissarum.

4. Animarum prelatorum, sacerdotum, et omnium ministrorum sanctæ Romænæ Ecclesiæ Dei, et Apostolicæ.

5. Animarum morte improvisa corporibus exutarum, atque earum, quarum non est specialis memoria.

6. Animarum, quæ mei occasione in purgatorio purgantur, earum quoque miserime in purgatorio existentium.

7. Et earum omnium, pro quibus scis, et vis me debere orare.

Orationes dicendæ cum Sacerdos induitur Sacerdotatibus parentis.

Cum lavat manus, dicat:
DA, Dòmine, virtutem manibus meis ad abstergendam om-

nem maculam: ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat :
Impone, Dómine, cá-piti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Déalba me, Dómine, et munda cor meum : ut in sánguine Agni dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

Præcinge me, Dómine, cingulo puritátis, et exstingue in lumbis meis humórem libidinis : ut máneat in me virtus continétiæ, et castitátis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

Orationes dicendæ ab Episcopo quando in Pontificalibus celebrat. ◊◊◊◊◊

Ad Caligas.

Alcea, Dómine, pedes meos in præparationem Evangélii pacis, et prótege me in velaménto alárum tuárum.

Cum exiitur Cappa.

Exue me, Dómine, véteterem hóminem cum móribus et áctibus suis : et indue me novum hóminem, qui secundum Deum creatus est iustitia, et sanctitate veritatis.

Merear, Dómine, portáre manipulum fletus et doloris : ut cum exultatióne recipiam mercédem labóris.

Ad Stolum, cum imponitur collo.

Redde mihi, Dñe, stolam immortalitátis, quam pérdidi in prævaricatióne primi paréntis : et quamvis indignus accédo ad tuum sacrú mystérium, mérear tamen gáudium sempitérnum.

Ad Casulam, cum assumitur.

Domine, qui dixisti : Jugú meum suáve est, et onus meum leve : fac, ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam. Amen.

Cum lavat manus.

Dá, Dómine, virtútem máribus meis ad abstergéndam omném máculam immúdam : ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servire.

Ad Amictum.

Impone, Dómine, gáleam salútis in cápite meo, ad expugnándas omnes diabólicas fraudes : inimicórum ómnium versútias superándas.

Ad Albam.

Déalba me, Dñe, et a delictó meo munda me : ut cum his, qui stolas suas dealbavérunt in ságuine Agni, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum.

Præcinge me, Dñe, cingulo fidei, et virtúte castitátis lumbos meos, et exstingue in eis humórem libidinis, ut júgiter máneat in me vigor totius castitátis.

Cum accipit Crucem pectoralem.

Munire dignéris me, Dñe Jesu Christe, ab ómnibus insidiis inimicórum ómnium, signo sanctíssimæ Crucis tue : ac concédere dignéris mihi indigno servo tuo, ut sicut hanc Crucem Sanctórum tuórum reliquiis refértam ante pectus meum téneo, sic semper mente retimeam et memóriam passiónis, et sanctórum victórias Mártýrum.

Ad Stolum.

Redde mihi, Dómine, óbsecro, stolam immortalitátis, quam pérdidi in prævaricatióne primi paréntis : et quamvis indignus accédere præsumo ad tuum sacrum mystérium cum hoc ornáménto, præsta, ut in eódem in perpétuum mérear lætári.

Ad Tunicellam.

Unica jucunditátis, et induménto lætitiæ induat me Dóminus. Ad Dalmaticam.

Indue me, Dómine, induménto salútis, et vestiménto lætitiæ, et Dalmática justitiæ circúmda me semper.

Ad Chirothecas.

Circúmda, Dómine, manus meas munditia novi hóminis, qui de cælo descéndit : ut, quemádmódu Jacob diléctus tuus, pelliculis hædórum opértis máribus patérnam benedictiónem, oblato patri cibo potúque gratíssimo, impetrávit : sic et oblata per manus nostras salutaris hóstia, grátia tue benedictiónem mérear. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui in similitudinem carnis peccáti pro nobis obtulit semetipsum.

Ad Planetam.

Domine, qui dixisti : Jugum meum suáve est, et onus meum leve : præsta, ut illud portáre sic váleam, quod possim cónsequi tuam grátiam.

Ad Mitram.

Mitram, Dómine, et salútis gáleam induam : ut con-

xvj. Gratiarum Actio post Missam.

tra antiqui hostis, omniumque inimicorum meorum insidias inoffensus evadam.

Ad Anulum cordis.

Cordis et corporis mei, Dómine, digitos virtute decóra, et septi-

formis Spiritus sanctificatione circumda.

Ad Manipulum.

Merear, precor, Dómine, manipulum portare mente stébili: ut cum exultatione portionem accipiam cum justis.

Gratiarum actio post Missam.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnū, quem cantábant sancti in camino ignis, benedicentes Dóminum.

Quæ Antiphona in Festis duplicibus tantum duplicatur, et tempore Paschali additur in fine *Alleluia*.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite, ómnia ópera Dómini, Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula. Benedicite, Angeli Dómini, Dómino: benedicite, cæli, Dómino.

Benedicite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: benedicite, omnes virtutes Dómini, Dómino.

Benedicite, sol et luna, Dño: benedicite, stellæ cæli, Dómino.

Benedicite, omnis inber et ros, Dómino: benedicite, omnes spiritus Dei, Dómino.

Benedicite, ignis et æstus, Dño: benedicite, frigus et æstus, Dómino.

Benedicite, rores et pruina, Dómino: benedicite, gelu et frigus, Dño.

Benedicite, glácies et nives, Dño: benedicite, noctes et dies, Dómino.

Benedicite, lux et ténebra, Dño: benedicite, fúlgura et nubes, Dño.

Benedicat terra Dómino: laudet et superexaltét eum in sæcula.

Benedicite, montes et colles, Dómino: benedicite, univérsa germánantia in terra, Dño.

Benedicite, fontes, Dómino: benedicite, mária et flúmina, Dómino.

Benedicite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino: benedicite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedicite, omnes béstia et pécora, Dño: benedicite, filii hóminū, Dño.

Benedicat Israel Dóminum: laudet et superexaltét eum in sæcula.

Benedicite, sacerdótes Dómini, Dómino: benedicite, servi Dñi, Dño.

Gratiarum Actio post Missam. xvij.

Benedicite, spiritus et animæ justórum, Dómino: benedicite, sancti et húmiles corde, Dómino. Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem, et Filium, cum sancto Spiritu: laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dñe, in firmaménto cæli: et laudábilis, et glóriósus, et superexaltátus in sæcula.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in virtutibus eius: laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

Laudáte eum in virtutibus eius: laudáte eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psalterio, et cithara.

Laudáte eum in tympano, et choro: laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus: laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: omnis spiritus laudet Dñum.

Glória Patri, etc.

Deinde repetitur Antiph. Trium puerórum canticém hymnū, quem cantábant sancti in camino ignis, benedicentes Dóminum.

Deinde Sacerdos dicit:

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. V. Consecrántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua. R. Et sancti tui benedicant tibi. V. Exsultábunt sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilibus suis. V. Non nobis, Dómine, non nobis. R. Sed nómini tuo da glóriam. V. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

Deus, qui tribus pueris mitigásti flammam ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exúrat flamma vitiorum.

Actiões nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Danobis, quæsumus, Dómine, vitiorum nostrórum flammam extinguere, qui beato Laurentium tribuisti tormentórum suórum incéndia superare. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orationes post Celebrationem et
Communione dicendae. ———

Oratio S. Thomae de
Aguino.

Gratias tibi ago, Dñe
sancte, Pater omni-
potens, æternè Deus, qui
me peccatorem, indi-
gnum famulum tuum,
nullis meis meritis, sed
sola dignatione miseri-
cordiæ tuæ satiare di-
gnatus es pretioso Cór-
pore et Sanguine Filii
tui Dómini nostri Jesu
Christi. Et precor, ut
hæc sancta Communio
non sit mihi reatus ad
penam, sed intercessio
salutaris ad véniam. Sit
mihi armatura fidei, et
scutum bonæ voluntatis.
Sit vitiórum meórum
evacuatio, concupiscen-
tiæ et libidinis extermin-
atio, caritatis et patien-
tiæ, humilitatis et obe-
dientiæ, omniumque vir-
tutum augmentatio :
contra insidias inimicó-
rum ómnium, tam visi-
bilibium, quam invisibi-
lium firma defensio; mó-
tuum meórum, tam car-
nálium, quam spiritaliú
perfecta quietatio : in te
uno ac vero Deo firma
adhæsió : atque finis
mei felix consummatio.
Et precor te, ut ad illud
ineffabile convivium me
peccatorem perducere

dignéris, ubi tu cum Fi-
lio tuo et Spiritu sancto,
Sanctis tuis es lux vera,
satietas plena, gáudium
sempiternum, jucunditas
consummata et feli-
citas perfecta. Per eú-
dem Christum Dómi-
num nostrum. Amen.

Alia Oratio
S. Bonaventuræ.

Transfige, dulcissime
Dómine Jesu, me-
dúllas et viscera animæ
meæ suavissimo et salu-
bérrimo amoris tui vúl-
nere, vera, serenâque et
apostólica sanctissima
caritate, ut lángueat et
liquefiat ánima mea solo
semper amore et desidé-
rio tui, te concupiscat,
et deficiat in átria tua,
cúpiat dissólví et esse
tecum. Da ut ánima mea
te esúriat, panem Ange-
lórum, refectiónem ani-
márum sanctárum, pan-
em nostrum quodiá-
num, supersubstantiá-
lem, habentem omnem
dulcedinem et sapórem,
et omne delectaméntum
suavitatis : te, in quem
desiderant Angeli pros-
picere, semper esúriat
et cómedat cor meum,
et dulcedine sapóris tui
repleántur viscera ani-
mæ meæ : te semper si-

Orationes post Missam. xiv.

tiat fontem vitæ, fontem
sapientiæ et scientiæ,
fontem æterni lúminis,
torréntem voluptátis,
ubertatem domus Dei :
te semper ámbiat, te
quærat, te invéniat, ad
te tendat, ad te pervé-
niat, te meditétur, te lo-
quátur, et ómnia operétur
in laudem et glóriam
nóminis tui, cum humi-
litate et discretióné, cum
dilectióné et delectatió-
ne, cum facilitate et affé-
ctu, cum perseverántia
usque in finem : et tu
sis solus semper spes
mea, tota fidúcia mea,
divitiæ meæ, delectatio
mea, jucunditas mea,
gáudium meum, quies
et tranquillitas mea, pax
mea, suávitatis mea, odor
meus, dulcedó mea, ci-
bus meus, refectio mea,
refúgium meum, auxi-
lium meum, sapientiá
mea, pórtio mea, possés-
sio mea, thesáurus meus,
in quo fixa et firma et
immobilitèr semper sit
radicata mens mea, et
cor meum. Amen.

Rhythmus sancti Tho-
mæ Aquinatis ad sa-
cræm Euchariástiam.

Hdoro te supplex la-
tens Déitas,
Quæ sub his figuris vere
látitas; [stóbjicit;
Tibi se cor meum totum
Quia te contémpfans
totum defícit.

Visus, tactus, gustus in
te fallitur, [ditur,
Sed auditu solo tuto cré-
Credo quidquid dixit Dei
Filius,
Nil hoc verbo veritatis
vérius.
In Cruce latebat sola
Déitas,
At hic lateat simul et hu-
mánitas;
Ambo tamen credens at-
que cóntitens;
Petó quod petivit latro
pénitens.
Plagas, sicut Thomas,
non intúeor,
Deum tamen meum te
confiteor,
Fac me tibi semper ma-
gis crédere,
In te spem habere, te di-
ligere. [Dómini!
O memoriále mortis
Panis vivus, vitam præ-
stans hómini :
Præsta meæ menti de te
vivere, [sápere.
Et te illi semper dulce
Pie pellicâne, Jesu Dó-
mine,
Me immúndum munda
tuo ságuine :
Cujus una stilla salvum
facere
Totum mundum quit ab
omni scélere.
Jesu, quem velátum
nunc adspicio,
Oro fiat illud, quod tam
sítio [facie,
Ut te revelata cernens
Visu sim beátus tuæ
glóriæ. Amen.

Ad B. Virginem Mariam Oratio post Communionem.

O sacratissima, o serenissima et inclita, gloriosa Virgo Maria, quæ Creatorem omnium creaturarum in tuo sacratissimo útero fuisti digna portare, solaque virgineo úbere lactare: cujus veracissimum sacramque Corpus et Sanguinem ego indignus peccátor modo sumere præsumpsi: tuam humiliter deprecor misericordiam, ut apud ipsum pro me peccátore intercedere digneris: ut, quidquid in hoc tam ineffabili ac dignissimo sacrificio pro me indignum ignoranter vel negligenter aut accidentaliter seu irreverenter, scilicet in tractando et sumendo ac ministrando actum est, commissum vel omissum, tuis sacratissimis precibus indulgere dignetur idem Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula seculorum. Amen.

Filia Oratio.

Respice in me, gloriosissima Virgo Maria, quia dignum obiectum oculorum tuorum nunc factus sum. Lóquere pro me bonã

dilectissimo Filio tuo, qui me Corpore et Sanguine suo suavissime refecit, et offer ei mérita tua in supplementum imperfectiõnis meæ. Grátias age ei pro me, et impetra mihi ut sacramentáli sua præsentia non discédât a me, nisi relinquat post se animã meã et corpore meo largissimam benedictiõnem. Amen.

Oratio, Efficax dicta, ad S. Joseph, Sp. S. V. M.
Indulgentia 100 dierum.
(Pius IX.)

Virginum custodes patres, sancte Joseph, cujus fidei custodiã ipsa innocentiã Christus Jesus, et Virgo virginum Maria commissa fuit: te per hoc utrũque carissimum pignus Jesum et Mariam obsecro et obtestor, ut me ab omni immunditia præservatum, mente incontaminatã, puro corde, et casto corpore, Jesu et Mariæ semper faciãs castissime famulãri. Amen.

Oratio ad Sanctos omnes.

Omnes Angeli, omnes Sancti et Sanctæ Dei, consolatio pauperum: animæ meæ, et vos præsertim, Patróni et Protectores mei, impetrate mihi grátiam non peccãdi pro de cetero, simul

et sancte vivendi, ut tandem plenus méritis vestro consórtio aggregari merear. Amen.

Si Missa celebrata sit de Sancto, Oratio ad illum.

Sancte N., in cujus honorem incruentum Corpore et Sanguinis Christi sacrificium

obtuli, fac tua poténti apud Deum intercessiõne, ut usu hujus mystérii passiónis et mortis ejusdem Christi Salvatoris nostri mérita consequar, ac cum illius frequentatione continuo crescat meæ salutis effectus. Amen.

Oratio ad D. N. Crucifixum.

Indulg. plen. Defunct. applicabil., si hæc Oratio dicitur post Comm. sacram coram imagine Crucifixi, et oretur per aliquod tempus ad intent. S. P. (SS. PP. Pius VII. etc. ac Pius IX.)



Foderunt manus meas et pedes meos

An ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectũ tuum génibus me provólvo, ac máximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividus fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatorum meorum penitentiã, eaque emendãdi firmissimã voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud præ oculis habens, quod jam in ore ponebat tuo David prophéta de te, o bone Jesu: *Foderunt manus meas et pedes meos; dirimeraverunt omnia ossa mea.* (Ps. xxi. 17 et 18.)

Quinque Puncta ante vel post Missam dicenda.

1. Detestor et abominor omnia et singula peccãta mea, et omnium

aliõrum, commissa ab initio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque ad finem mundi committenda: et, si pos-

sem, impedire per grátiam Dei, quam supplex in vivo.

2. Laudo et approbo ómnia bona ópera, facta a principio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque in finem mundi faciéndam; et, si possem, ea multiplicárem per grátiam Dei, quam supplex in vivo.

3. Inténdo ómnia fá cere, dicere et cogitare, ad majórem Dei glóriam, cum ómnibus illis bonis intentiónibus, quas Sancti unquam habuerunt, vel habebunt, vel habere possunt.

4. Ignosco et dimitto ex toto corde meo ómnibus inimicis meis, ómnibus me calumniántibus, ómnibus mihi detrahéntibus, ómnibus quocúmque modo mihi nocéntibus, vel voléntibus mala.

5. Utinam omnes hómines salváre possem moriéndum pro singulis! Libénter id fácerem per grátiam Dei, quam propórea suppliciter imploro, et sine qua nihil possum.

Alia Oratio.

Indulgentia trium annorum. (Pius IX.)

Obscuro te dulcissime Dómine Jesu Christe, ut pássio tua

sit mihi virtus qua múniar, prótegar, atque defendar. Vúlnera tua sint mihi cibus potúsque, quibus pascar, inébríar, atque deléctar. Aspérsio sánguinis tui sit mihi ablútio ómnium delictórum meórum, mors tua sit mihi glória sempitérna. In his sit mihi refectio, exultatio, sánitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

Invocaciones in honorem S. S. Sacramenti.

Indulg. 300 dier. pro qualibet recitatione facta corde saltem contrito ac devote; item 7 annor. semel in die post Missæ sacræ. vel Commun. sacræ; ac plenariam semel in mense, si quotidie recitata fuerint. (Pius IX.)

Anima Christi, sanctifica me. [me. Corpus Christi, salva Sanguis Christi, inébríar me. [me.

Aqua láteris Christi, lava Pássio Christi, confórta me. [me.

O bone Jesu! exáudi Intra vúlnera tua absconde me. [rari a te. Ne permittas me sepa- Ab hoste maligno defende me. [me.

In hora mortis meæ voca Et jube me venire ad te. Ut cum Sanctis tuis laudem te. [Amen. In sæcula sæculórum.

Ad S. S. Cor. Jesu.

V. Cor Jesu flagrans amore nostri. R. Infámma cor nostrum amore tui. **Oremus.**

Concede quasumus, omnipotens Deus, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriántis, præcipua in nos caritátis ejus beneficia recólimus; eórum páriter et actú delectémur, et fructú. Per eúndem Christum.

Oblatio sui ad Dóminum. (1)

Indulg. 300 dierum, semel in die. (Leo XIII.)

Suscipe, Dómine, universam meam libertatem. Accipe memóriam, intelléctum atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo vel posideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuæ prorsus voluntáti trado gubernándum. Amorem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

Oratio recitanda coram S. S. Sacramento.

Indulg. 100 dier., semel in die. (Pius IX.)

Respice, Dñe sancte Pater, de sanctuário tuo, et de excelso cælórum habitáculo, et vide hanc sacrosántam

Hóstiam, quam tibi offert magnus Póntifex noster sanctus Puer tuus Dóminus Jesus pro peccátis fratrum suórum; et esto placábilis super multitudíne malitiae nostrae. Ecce vox sánguinis fratris nostri Jesu clamat ad te de Cruce. Exáudi Dómine; placáre Dómine: atténde et fac, ne moreris propter temetipsam, Deus meus, quia nomen tuum invocátum est super civitátem istam et super pópulum tuum; et fac nobiscum secúndum misericórdiam tuam. Amen.

Ut civitátem istam defendere, pacificáre, custodire, conserváre et benedicere dignéris.

Te rogámus audi nos.

Omnipotens, sempitérne Deus, conservátor animárum, mundi que Redemptor, me fámulum tuum ante majestátem tuam prostrátum benignissime respice, et sacrificium, quod in honórem nóminis tui pro salute fidélium tam vivórum, quam étiam defunctórum, et pro peccátis et offénsionibus meis obtuli, piissime respice: iram tuam a me rémove, grátiam et misericórdiam mihi con-

(1) S. Ignat. de Loyola in conclusione *Exercit. Spiritualis*.

cède, jánuam paradisi mihi pande, ab ómnibus malis me poténter éripe; et quicquid próprio commisi réatu, cleménter indulge: et sic in hoc saeculo in percéptis tuis fac me perseveráre, ut dignus electórum gregi copulári efficiar: te præstánte, Deus meus, cuius nomen benedíctum, honor, atque regnum pérmanet in saecula saeculórum. Amen.

**Oratio Unibersalis
Clementis Papae vi.**

CREDO, Dómine, sed
credam firmius.

Spero, Dómine, sed
sperem securius.

Amo, Dómine, sed
amem ardentius.

Dóleo, Dómine, sed
dóleam vehementius.

Adóro te ut primum
principium, desidero ut
finem últimum: laudo
ut benefactórem perpé-
tuum: invoco ut defen-
sorem propitium.

Tua me sapiéntia dí-
rige, iustitia cóntine,
cleméntia soláre, potén-
tia prótege.

Offero tibi, Deus, cogi-
tánda, ut sint ad te;
dicénda, ut sint de te;
faciénda, ut sint secun-
dum te; ferénda, ut sint
propter te.

Volo, quicquid vis;
volo, quia vis; volo, quó-

modo vis; volo, quám-
diu vis.

Oro, Dómine, ut intel-
lectum illúmines; volun-
tatem inflámmes; corpus
emúndes; ánimam sancti-
fices.

A superbía non infi-
ciar; adulatione non affi-
ciar; a mundo non de-
cipiar; a Sátana non
circumvéniar.

Grátiam præsta memó-
riam purgánda, linguam
frenánda, óculos cohibén-
di, sensus coercénda.

Déseam præteritas
iniquitátes; repellám fu-
túras tentationes; corri-
gam vitiosas propensi-
ones; excolám idóneas
virtútes.

Tribue mihi, bone
Deus, amórem tui, ódiū
mei, zelum próximi, con-
témptum mundi.

Stúdeam superioribus
obedire, inferioribus sub-
venire, amicis consúlere,
némimi invidére.

Meminerim, o Jesu,
mandátis tui et exémpli,
inimicos diligéndo, in-
iúrias sufferéndo, per-
sequéntibus benefaciéndo,
pro calumniántibus
orándo.

Vincam voluptatē au-
steritáte, avaritiam lar-
gítate, iracúndiam leni-
táte, tepiditátem pietáte.

Redde me prudéntem
in consiliis, constantem
in periculis, patientem

in adversis, húilem in
póspersis.

Fac, Dómine, ut sim
in oratione attentus, in
épulis sóbrius, in múnere
sédulus, in propósito fir-
mus.

Curem habére sancti-
tátem interiorem, mo-
déstiam exteriorem, con-
versatiónem exemplá-
rem, vitam regulárem.

Natræ invigilem do-
mánda, grátia fovénda,
legi servánda, salutí
promerénda.

Sanctimóniam ásse-
quar sincéra peccatórum
confessione, férvida Cór-
poris Christi commu-
nicatióne, continua mentis
recollektióne, pura cor-
dis intentiόne.

Discam a te, Deus,
quam ténue, quod ter-
rénum; quam grande,
quod divinum; quam
breve, quod temporá-
neum; quam durábile,
quod aeternum.

Da, mortem prævé-
niam, iudiciū perti-
neam, inférnum effú-
giam, paradísium obti-
neam. Per Christum
Dñum nostrum. Amen.

Orationes Praeconii.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos
meos,* qui hábitas
in caelis.

Ecce sicut óculi ser-

vórum,* in máribus do-
minórum suórum.

Sicut óculi ancillae in
máribus dómniae suae:*
ita óculi nostri ad Dó-
minum Deum nostrum,
donec misereátur nostri.

Cum misereátur nostri
Dómine, miserere nostri:*
quia multum repléti su-
mus despectiōne:

Quia multum repléta
est ánima nostra:* op-
probriū abundantibus,
et despectiō superbis.

Gloria Patri.

Kyrie, eléison. Kyrie,
eléison. Kyrie, eléi-
son.

Pater noster,

Et ne nos indúcas
in tentatiōnem, &c. Sed
libera nos a malo.

Salvos fac servos
tuos et ancillas tuas.
Deus meus, sperán-
tes in te.

Esto nobis, Dó-
mine, turris fortitúdinis.
&c. A facie inimici.

Fiat pax in virtúte
tua. &c. Et abundantia
in túrribus tuis.

*Y. Dómine exáudi etc.
Dóminus vobiscum.*

*Oratio Deus refúgium
etc. pag. 183.*

Pro Defunctis.

*Ps. De profundis, supra
pag. iij. cum YY. et RR.
assuetis pro Defunctis.*

*Oratio Deus, vénia lar-
gitor etc. p. 193.*

xxvj. Hymnus Actionis gratiarum.

Preces pro Rege.

V. Dómine saluum
fac Regem nostrum N.
R. Et exáudi nos in
die, qua invocavérimus
te.

V. Dómine, exáudi
oratióem meam.

R. Et clamor meus ad
te véniat.

V. Dóminus vobiscú.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus, Deus cui omnis
potestas famulatur, da
fámulo tuo Regi nostro
N. próspérum suæ
dignitátis effectum, in
qua te semper timeat,
tíbiq; júgiter placére
conténdat. Per Christum
Dóminum nostrum.

R. Amen.

Hymnus Actionis gratiarum
solemnis.

Te Deum laudámus, te
Dóminú confitémur

Te ætérnum Patrem
omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli :
tibi Cæli, et univérsæ
Potestates :

Tibi Chérubim et Sé-
raphim incessábilí vo-
ce proclamant :

Sanctus, Sanctus,
Sanctus Dñus Deus Sá-
baoth.

Pleni sunt cæli et terra
majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus Aposto-
lórum chorus,

Te Prophetárum lau-
dábilis número,

Te Márytrum candi-
dátus laudat exércitus.

Te per orbem terrá-
rum, sancta confitétur
Ecclésiá.

Patrem imménsæ ma-
jestátis,

Venerándum tuum
verum, et únicum Filiú,
Sanctum quoque Pa-
rácitum Spiritum.

Tu Rex glóriæ Christe.
Tu Patris sempitér-
nus es Filius.

Tu ad liberándum sus-
ceptúrus hóminem, non
horruisti Virgínis úterú.

Tu devictó mortis
acúleo, aperuisti cre-
déntibus regna cælórum.

Tu ad dexteram Dei
sedes, in glória Patris.

Judex créderis esse
ventúrus.

Te ergo quæsumus,
tuis fámulis súbveni,
quos pretiósó sángine
redemisti.

Ætérna fac cum San-
ctis tuis in glória nu-
merári.

Salvum fac pópulum
tuum Dómine, et bé-
nedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, et extólle
illos usque in ætérnum.

Per singulos dies be-
nedicimus te.

Et laudámus nomen
tuum in sæculum, et
in sæculum sæculi.

Dignáre Dómine die
isto, sine peccáto nos
custodire.

Hymnus Actionis gratiarum. xxvij.

Miserére nostri Dómi-
ne, miserére nostri.

Fiat misericórdia tua
Dómine super nos :
quemádmódu sperávi-
mus in te.

In te Dómine sperá-
vi : non confundar in
ætérnum.

V. Benedicámus Pa-
trem et Filium cum
sancto Spiritu. R. Lau-
démus et superexalté-
mus eum in sæcula.

V. Benedictus es Dó-
mine Deus patrum no-
strórum. R. Et laudábi-
lis et gloriósus in sæcula.

V. Dómine, exáudi
oratióem meam. R. Et
clamor meus ad te vé-
niat.

Orémus, Deus, cujus
misericórdiæ non est nú-
merus, et bonitátis infi-
nitus est thesáurus, piis-
simæ majestáti tuæ pro
collátis donis grátias

ágimus, tuam semper
cleméntiam exorátes,
ut qui peténtibus postu-
láta concédís, eósdem
non déserens, ad præmia
futúra dispónas. Per
Christum Dóminum no-
strum.

R. Amen.

